uersaria cõfixa, In his foramina ferrea sunt inclusa, inq; ea induuntur stili, & ita coclea hominibus calcantibus faciat uersationes, Erectio autem eius ad inclinationem sic erit collocanda, uti quemadmodũ pythagoricum trigonum orthogonium describitur, sic id habeat responsum, idest uti diuidatur longitudo in partes quinq;, earũ triũ extollatur caput cocleæ, ita erit à perpendiculo ad imas nares eius spatium, partes quatuor. Qua ratione aũt oporteat id esse in extremo libro eius forma descripta est.




a. coclea ad rõnem trigõi pythagorici erecta b. tigna in q̃ uersatur coclea.

Qua de materia fiunt organa ad hauriẽdã, aquã & q̃bus rationibus perficiantur, quibusq; rebus motus recipientia præstent uersationibus ad infinitas